



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

162. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 271
plices eorum anathematizentur, & raptores
sine spe conjugij perpetuò maneant.

De eadem re. *Ex epistola Symmachi Papæ.*

CLXII. Raptores igitur viduarum vel
virginum ob immanitatem tanti facinoris de-
testamur, illos vehementiùs persequendo qui
sacras virgines vel volentes vel invitæ matri-
monio suo sociare tentaverint. Quos pro tam
* nefandissimi criminis atrocitate à commu-
nitione suspendi præcipimus.

Symmach.
epist. 5. c. 4.
Halitgar. lib.
4. c. 16.
Burchard. lib.
9. c. 34.

* Ita etiam in
vet. codice re-
gio.

De his qui sanctimoniales rapiunt. *Ex Con-
cilio suprascripto, cap. LXVII.*

CLXIII. Qui sanctimoniales virgines
vel viduas rapiunt, & progressu etiam criminis
in conjugium sumunt, publicæ pœnitentiæ
subigantur. Uterque autem sine ulla spe ux-
oriæ copulationis perenniter maneant. Si verò,
quod absit, conjugia iterare præsumpserint,
acriori subdantur vindictæ, & ampliùs pro-
pellantur. Quòd si fortè obedire monitis salu-
taribus noluerint, anathematizentur.

Concil. Meld.
c. 67.
Burchard. lib.
8. c. 52.

*In editione Helmstadiensi legitur, publi-
cæ pœnitentiæ tradantur & ad habitum re-
ligionis redire cogantur. Uterque &c. Co-
dicis verò Parisiensis lectio ea est quam præ-
fert hæc nostra editio. Utrobique autem muti-
lus est hic locus; qui sic supplendus est ex
editione Sirmondi & veteri codice nostro: pu-
blicæ pœnitentiæ, juxta modum quem
præviderit Episcopus, subigantur. Ipsæ
verò locis congruis pœnitentiæ retrudan-
tur, & ad habitum &c.*